



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scholia In Primarias Preces Imperatoris

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

XLV. Executor Precum an conferre possit beneficium ex causa
resignationis ad manus suas renunciatum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62387)

& tendentes ad eundem effectum, etiam si sint sub diversis datis, ut rejecta opinione Jo. And. scribit Fely in cap. in nostra, nu. 2. de Rescript. Limita 10. nisi ante secundam provisionem esset alteri jus quæsitum, Card. conf. 33. in si Lud. Rom. conf. 413. Lap. alleg. ult. in si. ubi quærit quomodo potest quid petere possessionem beneficii ex duplici titulo. Limita 2. nisi habens collationem beneficii à superiore, impeteret postea aliam ab inferiore; potest enim superior tunc eum privare beneficio, quia est quædam ingratitudo, & elusio erga superiorem, ob quam inducitur causa privandi eum, Abb. in cap. cum olim. col. 9. de Rejud. Limita 3. nisi iste duplex titulus tenderet ad diversos seu contrarios effectus in eadem persona, Lud. Rom. conf. 350. incip. casu proposita, Fely. d. cap. in nostra.

Verùm quæstionis est, an quia datur istis Executoribus facultas conferendi, ut hic, censeatur etiam concessa potestas conferendi beneficia vacantia ex causa resignationis; seu an possint recipere resignationem alicujus, volentis in eorum manibus resignare, ut ea recepta provideant. Quæstionem hanc breviter discutit Flam. Paris. lib. 7. de resignat. quest. 22. eamque resolvit negativè, quia necesse est ut expressè committatur receptio Resignationis, cap. dudum. in pr. cum ibi notat. de Præbend. in 6. Coras. de Benef. part. 1. cap. 8. nu. 17. Sed quid si conferant ante receptas litteras? Collatio erit nulla: quia si non habent exercitium potestatis ante præsentationem, ergò non valet actus etiam si habeat in habitu, Lud. Rom. conf. 354. Fely. in cap. suscitatus, nu. 13. de Rescript.

PER CENSURAM ECCLESIASTICAM) De hac Executorum potestate textus est notabilis, & ibi glos. in cap. cum nostris, 6. de concess. præbend. Navar. in cap. si quando, in 7. causu nullitatis, nu. 2. & 3. Poterunt itaque excommunicare contra dicentes, quòd intellige contradicentes sine causa, & de facto: nam tunc possunt excommunicari, & eo ipso cadunt à jure quòd in illo beneficio forsan habent, ut statuit Inmo. VIII. in constit. incip. Officij nostri debitum, de data 1401. 8. Kalen. Feb. secundum quam Flam. Paris. dicit se vidisse judicari, anno 1590. de mense May, lib. 8. de Resig. benef. quest. 7. nu. 169. Aliud porro dicendum est de contradicentibus de jure, allegando justam causam scilicet priorem, aut aliud simile, quia isti non poterunt excommunicari si contradicant, aut non pareant litteris Executoris, Arg. cap. licet de Præbend. in 6. Fely. in cap. causam qua, nu. 10. de Rescript. Rebuff. in praxi in tit. de forma nove provisionis. Sed an possint procedere contra Exemptos? Hanc quæstionem ex professo tractat Erasmus à Chokier frater meus in suo tract. de Jurisd. Ord. in Exemptos, part. 4. quest. 64. ad quem brevitatè causa lætorem remitto.

PERSONIS PRÆTACTIS) Et sic nota Preciatis non obstare Expectativas, & alias Nominationes seu speciales reservationes, aut mandata

Executor
an confer-
re possit
ex causa
resignat-
ionis:

Executor
potest con-
tradice-
re excom-
municare.
Secus con-
tradictos
de jure.

Executor
an possit
procedere
contra Ex-
emptos: